Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nicens · II ·

Itaq; consolamini inuicem in hiis
De tempibus V
aut et momentis fratres
non indigetis ut scribam
uobis. Ipsi enim uos diligenter scitis
quia dies domini sicut fur in nocte
ita uenet. Cum enim dixerint hom
nes pax et securitas tunc repentinus
uenet eis interitus sicut do
lor parturientis. et non effugient
Vos autem fratres non estis in tenebris
ut uos dies illa tanquam fur comp
hendat. Omnes enim uos filii lucis
estis et filii diei. Non estis noctis nec
tenebrarum. Igitur non dormiamus
sicut et ceteri sed uigilemus et sobri
simus. Qui enim dormiunt nocte do
mmunt. et qui ebrii sunt nocte ebri
sunt. Nos autem qui diei sumus sobri
simus induti loricam fidei et caritatis et galeam spei et salutis. Quoniam non posuit nos deus in iram sed
in adquisicionem salutis per dominum
nostrum ihesum cristum qui mor
tuus est pro nobis. ut siue uigilemus
siue dormiamus simul cum illo uiuamus. Propter quod consolamini
inuicem in uerbis istis. et edifica
te alterutrum sicut et facitis. Rogamus autem uos fratres ut noueritis
eos qui laborant inter uos et praesunt
uobis in domino et monent uos ut
uos habundatis illos in caritate propter
opus illorum et pacem habete cum
illis. Rogamus autem uos fratres.
corripite inquietos. consolamini pusillanimes. suscipite infirmos pa
cientes estote ad omnes. Videte ne
quis malum pro malo alicui reddat
sed semper quod bonum est sectamini
inuicem et in omnes. Semper gau
dete in domino. sine intermissione
orate. in omnibus gratias agite. hec
est enim uoluntas dei in cristo ihesu et
in omnibus nobis. Spiritum noli
te extinguere. prophetias nolite spe
nere. Omnia autem probate. quod bo
num est tenete. abstinete ab omni mala
abstinete uos. Ipse autem deus pacis
sanctificet uos per omnia. ut integer
spiritus uester. et anima et corpus sin
querela in aduentu domini nostri ihe
su cristi seruetur. fidelis est deus. qui
uocauit uos qui etiam faciet fratres
orate pro nobis. Saluate fratres
omnes in osculo sancto. Adiuro uos
per dominum. ut legatur epistola hec omni
bus sanctis fratribus. Gracia domini
nostri ihesu cristi. cum omnibus uobis amen.

Epistola ad Thessalonicen
ses secunda.

De tessalonicensis secundam scribit epistolam apostolus
et notum facit eis de temp
ribus nouissimis et de aduen
tu antichristi et de tecione. Scribit
autem hanc epistolam ab athenis prychi
cum diaconum et onesimum accolit.

Epistola.

Paulus et siluanus et thy
motheus ecclie thessalo
nicensium in deo patre
nostro et domino ihesu
su cristo. Gracia uobis et pax a deo
patre nostro et domino ihesu cristo.

302